PROPRIO DE LA MISA

FIESTA DE SANTIAGO, EL MAYOR

Apóstol. Patrono de España.

II Clase - Julio 25

Is. 66, 19

INTROITO

PONAM in eis signum, dicit Dóminus: et mittam ex eis ad eos qui non audiérunt de me: et annuntiábunt glóriam meam géntibus. Ps. 1,2. Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. ℣. Glória Patri.

Levantaré en medio de ellos una señal, dice el Señor; y de ellos enviaré a las gentes que jamás han oído hablar de mí y predicarán mi gloria a los gentiles. Salmo. Los cielos pregonan la gloria de Dios, y el firmamento anuncia las obras de su poder. Gloria al Padre.

COLECTA

ESTO, Dómine, plebi tuæ sanctificátor et custos: ut, Apóstoli tui Jacóbi munita præsídiis, et conversatióne tibi pláceat et secúra mente desérviat. Per Dóminum.

Oh Señor, sed el santificador y el custodio de vuestro pueblo, para que, defendido con los auxilios de vuestro apóstol Santiago, os agrade con sus obras y os sirva con paz. Por Jesucristo Nuestro Señor.

COMMEMORATIO S. CHRISTOPHORI MARTYRIS

I Cor. 4:9-15

EPÍSTOLA

FRATRES: Puto, quod Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tamquam morti destinátos: quia spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutió-

Hermanos: Según pienso, Dios nos ha exhibido a nosotros los apóstoles como postreros, como a sentenciados a muerte; pues hemos llegado a ser espectáculo al mundo, a los ángeles y a los hombres. Nosotros somos insensatos por amor de Cristo, mas vosotros prudentes en Cristo; nosotros débiles, mas vosotros fuertes; vosotros honorables, mas nosotros despreciados. Hasta esta hora padecemos hambre, tenemos sed, estamos desnudos, somos abofeteados, y no tenemos morada fija. Nos fatigamos trabajando con

nem pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecramus: tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimmos móneo. Nam si decem míllia pædagogórum habeátis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos génui.

nuestras propias manos; nos maldicen, y bendecimos; padecemos persecución, y la soportamos. Nos difaman, y rogamos; hemos venido a ser hasta ahora como la escoria del mundo, el desecho de todos. No escribo esto para avergonzaros, si-no para amonestaros como a hijos míos amados. Porque aunque tengáis diez mil maestros en Cristo, no tendréis muchos padres; pues en Cristo Jesús yo os engendré por medio del evangelio.

Mal. 2, 6

GRADUAL

LEX Dómini semper fuit in ore ejus; et iníquitas non est invénta in lábiis suis. ℣. In pace et in æquitáte ambulávit, et ímpios convérti ab iniquitáte.

La ley del Señor estuvo siempre en su boca y no se encontró maldad alguna en sus labios. V. Anduvo siempre por el sendero de la paz y de la justicia, y apartó a los impíos de su maldad.

Jn 15: 16

ALELUYA

ALLELÚIA, allelúia. ℣. O sidus refúlgens Hispániæ, sancte Jacóbe Apóstole!: Intercede pro nobis ad Dóminum. Allelúia.

Aleluya, aleluya. ℣. Oh Estrella refulgente de España, Apóstol Santiago, intercede por nosotros ante el Señor. Aleluya.

Mat. 20: 20-23

EVANGELIO

IN illo tempore: Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi cum fíliis suis, adórans, et petens áliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sédeant hi duo fílii mei, unus ad déxteram tuam, et unus ad sinístram in regno tuo. Respóndens autem Jesus, dixit: Nescítis quid petátis. Potéstis bíbere cálicem, quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei: Póssumus. Ait illis: Cálicem quidem meum bibétis: sedére autem ad dexteram meam, vel sinístram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre Meo.

En aquel tiempo: se acercó a Jesús la madre de los hijos de Zebedeo con sus hijos, postrándose ante él y pidiéndole algo. Él le dijo: ¿Qué quieres? Ella le dijo: Ordena que en tu reino se sienten estos dos hijos míos, uno a tu derecha, y el otro a tu izquierda. Entonces Jesús respondiendo, dijo: No sabéis bien lo que pedís. ¿Podéis beber del cáliz que yo he de beber, y ser bautizados con el bautismo con que yo voy a ser bautizado? Y ellos le dijeron: Podemos. El les dijo: El cáliz que yo he de beber lo beberéis, y recibiréis el bautismo con que yo voy a ser bautizado; pero el sentaros a mi derecha y a mi izquierda, no me toca a mí disponerlo, sino a aquellos para quienes está preparado por mi Padre.

Ps. 138, 17

OFERTORIO

NIMIS honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum. Allelúia.

Habéis honrado, oh Dios, en gran manera a vuestros amigos. Su imperio es poderoso. Aleluya.

SECRETA

OBLATIÓNES pópuli tui, quæsumus, Dómine, beáti Jacóbi Apóstoli pássio beáta concíliet: et quæ nostris non aptæ sunt méritis, fiant tibi plácitæ ejus deprecatióne. Per Dóminum.

Os rogamos, Señor, que el mar-tirio de vuestro apóstol Santiago os haga gratas las ofrendas de vuestro pueblo, y como por nuestros méritos no podemos alcanzarlo, haced que os sean agradables por sus oraciones. Por Jesucristo, nuestro Señor.

COMMEMORATIO S. CHRISTOPHORI MARTYRIS

PREFACIO DE LOS APÓSTOLES

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine supplicitur exorare, ut gregem tuum pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarious eidem contulisti præsse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

En verdad es justo y necesario, equitativo y saludable, rogaros, Señor, Pastor eterno, no desamparéis a vuestra grey, sino que por vuestros santos Apóstoles la guardéis con protección continua, para que la gobiernen los mismos vicarios que establecisteis por Pastores suyos. Por eso, con los ángeles y arcángeles, con los tronos y dominaciones y con todos los coros celestiales, cantamos sin cesar el himno de tu gloria:

Eccli. 5,20-21

COMUNIÓN

IPSUM elégit Dóminus in salú-tem géntium: dedit illi in præcéptis suis potestátem docére Jacob testimónia, et in lege sua lucem dare Israel.

El Señor lo eligió para salvación de los pueblos: le dio el poder de anunciar sus mandatos al pueblo de Jacob y de enseñar la santa ley al pueblo de Israel.

POSCOMUNIÓN

BEÁTI Apóstoli tui Jacóbi, quæsumus, Dómine, intercessióne nos ádjuva: pro cujus festivitáte percépimus tua sancta lætántes. Per Dóminum.

Te pedimos, Señor que la intercesión de tu santo Apóstol Santiago nos ayude; en cuya solemnidad hemos recibido alegres tus santos sacramentos. Por nuestro Señor Jesucristo.

COMMEMORATIO S. CHRISTOPHORI MARTYRIS